



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIX. Das Kloster Wolmirstedt erwidert dem Kloster Diesdorf die
Aufnahme in seine Fraternität, am 8. November 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLIX. Das Kloster Wolmerstedt erwidert dem Kloster Diesdorf die Aufnahme in seine Fraternität, am 8. November 1315.

Dilecte Sibi in christo priorisse totique Conuentui sanctimonialium in distorp, vre abbattissa necnon omnis conuentus in wolmerstede orationes in christo deuotas. Ad nostram creberime peruenit noticiam, non solum a notis verum eciam ab alienis, vos cooperante vobis spiritus sancti virtute, conuersationem sanctam, vitam laudabilem ac religiositatem ducere condecemtem, quod cordibus nostris inestimabilem spiritualis gaudii dulcedinem generauit. Ex relatu ergo domini nostri prepositi didicimus, nos vna cum eodem in vestre fraternitatis consorcium, vt speramus, esse receptas, pro quo vestre honestatis industrie graciaram actiones referimus multiformes, vicissitudinem refundentes, Quod eciam vos participes esse cupimus Missarum, vigiliarum, Castigationum, ieiuniorum, orationum, elemosinarum, largitionum, necnon omnium bonorum, per nostram fragilitatem factorum perpetue, et quamdiu gracia christi nos conseruauerit, presentibus profitemur. Datum wolmerstede, anno domini M^o. CCC^o. XV., In die quatuor coronatorum.

L. Dietrich und Heinrich von Dannenberg, Knappen, verkaufen das Dorf Wulmersen an das Kloster Dambeck, am 8. September 1318.

In Nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Theodericus et Hynricus, fratres et famuli, dicti de Dannenberghe, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod nos cum consilio amicorum et cum consensu legitimorum heredum nostrorum vendidimus villam wulmersen Claustro in Dambeck, verdenfis Dyoecsis, iusto emptionis tytulo perpetuo possidendam pro centum Marcis duabus minus Stend. argenti, Cum omnibus suis iuribus et pertinenciis Maioribus et minutis, scilicet in agris cultis et incultis, in palchuis, in lignis, in agris ac vsuagiis, in boscho et in plano, sicut ad nos Jure Hereditario dinoscitur diuoluta, et sicut usque in presens tempus quiete possedimus, Responsuri omnibus et singulis iustis inpetitionibus, que exorte fuerint super predicta villa infra annum et VI ebdomadas e tempore nostre venditionis secundum iusticiam taliter warendando. Quam pecuniam profitemur nobis complete perfolutam ac in nostros vsus conuersam, prout nobis pariterque amicis et fautoribus videbatur expedire. Ceterum eciam ad procurandam proprietatem super eadem villa predicto Claustro et suis pertinenciis ab eo, cuius dare interest absque contradictione et excusatione qualibet, infra duos annos, numerandos a festo sancti Martini nunc instante, obligauimus et in hiis scriptis obligamus nos predicto claustro et nostros amicos in solidum videlicet dominum Theodericum de Sculenborch, Militem, ambos bodones de waltowe, fredericum de Dannenberghe fratrem nostrum, Hynnyghum de Gartowe, famulos, ac Theodericum Godsculfe Ciuem in soltwedel, per sollempnes stipulationes et fidei procuracionem in Manibus domini Jo. prepositi in Dambeck, domini Ber. perpetui vicarii in soltwedel, necnon honestorum militum B. ac w. fratrum de sculenborch